

LATINE: DE MEDICINA, Isidorus Hispalensis
[*Etymologiarum libri 4, 1-5*]

M^a Teresa Beltrán, M^a Teresa Cases y Xedes García

Grupo GALATEA

grupogalatea@gmail.com

Los saberes clásicos no son exclusivos de las Humanidades y, dado que las ciencias de la salud son también parte del currículum escolar, hemos elegido en esta ocasión un fragmento sobre la medicina del libro IV de *Etimologías* de Isidoro de Sevilla.

Estos párrafos nos plantean algunos temas de actualidad: la salud como equilibrio y el cuerpo humano como microcosmos. Resultan ciertamente destacables tanto el significante de la etimología latina y griega como en el significado de las aportaciones del mundo clásico a la ciencia en este caso.

El largo camino hacia la adquisición del conocimiento ha sido arduo y tortuoso, con teorías bien construidas y algunas incluso brillantes que luego se han demostrado erróneas. Contra toda lógica volvemos a encontrarnos hoy con actitudes negacionistas superadas incluso por los presocráticos. Sirva todo ello para valorar el método científico como herramienta intemporal de la verdad frente a la volubilidad de las opiniones.

1. De medicina


Medicina est quae corporis vel tuetur vel restaurat salutem: cuius materia versatur in morbis et vulneribus. Ad hanc itaque pertinent non ea tantum quae ars eorum exhibet, qui proprie Medici nominantur, sed etiam cibus et potus, tegmen et tegumen. Defensio denique omnis atque munitio, qua [sanum] nostrum corpus adversus externos ictus casusque servatur.

2. De nomine eius

Nomen autem Medicinae a modo, id est temperamento, inpositum aestimatur, ut non satis, sed paulatim adhibeatur. Nam in multo contristatur natura, mediocriter autem gaudet. Unde et qui pigmenta et antidota satis vel assidue biberint, vexantur. Inmoderatio enim omnis non salutem, sed periculum affert.

3. De inventoribus

Medicinae autem artis auctor ac repertor apud Graecos perhibetur Apollo. Hanc filius eius Aesculapius laude vel opere ampliavit. Sed postquam fulminis ictu Aesculapius interiit, interdicta fertur medendi cura; et ars simul cum auctore defecit, latuitque per annos pene quingentos usque ad tempus Artaxerxis regis Persarum. Tunc eam revocavit in lucem Hippocrates Asclepio patre genitus in insula Co¹.



4. De tribus haeresibus medicorum

Hi itaque tres viri totidem haereses invenerunt:

- Prima **Methodica** inventa est ab Apolline, quae remedia sectatur et carmina.
- Secunda **Empirica**, id est experientissima, inventa est ab Aesculapio, quae non indiciorum signis, sed solis constat experimentis.
- Tertia **Logica**, id est rationalis, inventa ab Hippocrate.

Empirici enim experientiam solam sectantur: Logici experientiae rationem adiungunt: Methodici nec elementorum rationem observant, nec tempora, nec aetates, nec causas, sed solas morborum substantias.

5. De quattuor humoribus corporis

Sanitas est integritas corporis et temperantia naturae ex calido et humido, quod est sanguis; unde et sanitas dicta est, quasi sanguinis status.

Inter sanitatem autem et morbum media est curatio, quae nisi morbo congruat, non perducit ad sanitatem.

¹ La isla de Cos (Κῶς), al sur del mar Egeo.

Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus, id est ex sanguine et felle, melancholia et phlegmate.

Sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quattuor humores, sicut quattuor elementa, quae conservant corpora nostra:

- Sanguis ex Graeca etymologia vocabulum sumpsit, quod vegetetur et sustentetur et vivat.
- Cholera Graeci vocaverunt, quod unius diei spatio terminetur; unde et cholera, id est fellicula, nominata est, hoc est, fellis effusio. Graeci enim *fel χολήν* dicunt.
- Melancholia dicta est quod sit ex nigri sanguinis faece admixta abundantia fellis. Graeci enim *μέλαν* nigrum vocant, fel autem *χολήν* appellant. Sanguis Latine vocatus quod suavis sit, unde et homines, quibus dominatur sanguis, dulces et blandi sunt.
- Phlegma autem dixerunt quod sit frigida. Graeci enim rigorem *φλεγμονήν* appellant.

Ex his quattuor humoribus reguntur sani, ex ipsis laeduntur infirmi. Dum enim amplius extra cursum naturae creverint, aegritudines faciunt.

ACTIVIDADES:

1. De medicina

1- ¿Cómo se define la medicina en este texto?

2- *Cibus, potus, tegmen* y *tegumen* son términos que aparecen junto a *defensio* y *munitio* para describir la importancia de la alimentación en la salud. ¿Qué idea se pretende trasladar con la elección de estos vocablos? ¿Con qué está comparando la salud y la enfermedad?

2. De nomine eius

1- Según Isidoro, el nombre de la medicina procede del término *modo* (moderación), pues la aplicación de remedios debe ser moderada para que sea efectiva. Entonces ¿cómo podemos traducir la frase: *Inmoderatio enim omnis non salutem, sed periculum affert*?

2- El diccionario de la RAE ofrece dos acepciones para “pigmento” (lat. *pigmentum*):

1. m. Materia colorante que se usa en la pintura.

2. m. Biol. Sustancia colorante que, disuelta o en forma de gránulos, se encuentra en el citoplasma de muchas células vegetales y animales.

¿Cuál de ellas se ajusta a la traducción de *pigmenta* en este contexto? Razona la respuesta.

3. De inventoribus

1- ¿Según el texto a quién consideraban los griegos el creador de la medicina?

2- ¿Qué nombre recibe el compromiso que asumen las personas que se gradúan en Medicina?
¿De qué personaje citado en el texto recibe ese nombre?

4. *De tribus haeresibus medicorum*

1- La palabra latina *haereses* tiene varias traducciones: opinión, sistema o herejía ¿Cuál crees que es la adecuada en este texto?

2- Completa la siguiente tabla con la información del texto:

Metódica		Lógica
	Esculapio	
Remedios y cantos		

5. *De quattuor humoribus corporis*

1- Isidoro de Sevilla afirma en el texto que todas las enfermedades nacen de cuatro humores.
¿Cuáles son según él? ¿Cómo los relaciona con los cuatro elementos?

2- ¿Qué explicación etimológica ofrece el texto para la palabra "melancolía"?

